



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae
Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros
distributae**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius
Coloniae Agrippinae, 1674**

XXXIV. Ad eandem. Nihil longum est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37862

at tamen nequaquam duri quorundam atque cru
philes animi molliuntur , dum pannos eorum &
larcinulas discutunt , aurum in captivitate quæ-
rentes Accedit ad hanc dictandi difficultatem ,
quod caligantibus oculis senectute , & aliquid su-
xim
linentibus beati Isaac , ad nocturnū lumen nequa-
quam valeamus Hebræorum volumina relegere :
qui etiam ad Solis diei que fulgorem , literarum
nobis parvitate cæcantur . Sed & Græcorum
commentarios tantum voce cognoscimus Nul-
lique dubium , quod ALIENIS dentibus com-
moliti cibi vescientibus nauseam faciant . Unde
obsecro te , filia Eustochium , ut ista , quæ notario-
rum stylo crudimus , & ad quæ emendanda spatium
vix habemus , post intervalla suscipias .

Gen. 22.

XXXIII. Hieronymus Eustochio . Deplorat Ro-
mana urbis calamitatem , & eorum , qui ex urbe
pauperes ad se veniebant . egestatem , tum Eu-
stochio dedicat tertium volumen in
Ezechielem .

Nihil longum est , quod finem habet : & omnis
retro temporum series transacta non pro-
dest , nisi sortè honorum operum sibi viaticum
præparaverit , quæ semper ad futura , imò ad æ-
terna respiciunt : & uullisterminis coartantur .
Vera sententia est : Omnia orta occidunt , & au-
ta senescunt . Et alibi : Nihil est enim opere &
manu factum , quod non conficiat & consumat ve-
tustas . Quis crederet , ut totius orbis extorta vi-
goris Roma corrueret , ut ipsa suis populis &
mater fieret , & sepulchrum : ut tota Orientis .

Nihil
diutur-
num .

Ægy-

Ægypti , Aphricæ litora olim dominatrici beatib[us], servorum & ancillarum numero complemen[tur]: ut quotidie sancta Bethlehem , nobiles quodam utriusque sexus atque omnibus divitiis fluentes, susciperet mendicantes ? Quibus quiam opem ferre non possumus , condolemus lacrymas lacrymis jungimus : occupatiq[ue] eti operis sarcina , dum sine gemitu confluentem videre non patimur , explanations in Ezekiel & penè omne studium omisimus: scripturarum que cupimus verba in opera vertere : & non cere sancta, sed facere. Unde rursus à te communi, ô Virgo Christi Eustochium, intermissum borem repetimus : & tertium volumen aggre[t]tu[m] desiderio satisfacere desideramus, illud & ceteros, qui lecturi sunt, deprecantes, ut vires nostras, sed votum considerent, quorum terum fragilitatis humanæ, alterum sanctæ esti Dominov voluntatis.

X X X V . Hieronimus Eustochio. Pie ludit circumspecta munera, qua misera[nt] Eustochium, & ad mysticos sensus sanctam Virginem revocat.

PArva specie, sed charitate sunt magna munera, accepisti à Virgine armillas, epistolam columbas. Et quoniā mel in Dei sacrificijs non offertur, nimia dulcedo arte mutata est, & quodam, ut ita dicam, piperis austeritate conditus. **A P U D** Deum enim nihil voluptuosum, nihil tantum suave placet, nisi quod in se habet mordacis aliquid veritatis. Pascha Christi cum amaritudinibus manducatur. Festus est dies, & natalis bea-

Levit. 2.

Exod. 12.